

FAMA POSTHVMA,
qva
VIRVM OLIM SPECTABILEM ET CONSVLTISSIMVM
DOMINVM

BENEDICTVM

Lindershausen/

Judicii Palæopolitani, qvòd Thorunii est,
Assessorem & Vice- Magistrum
optime meritum,

a. d. XXX. Sept. A. O. R. M. DCCIV.

in Templo Mariano

honestis Ceremoniis tumulandum,

cohonefate voluerunt

RECTOR ET PROFESSORES PVBLICI
GYMNASII THORVNIENSIS.

THORUNII,

EX OFFICINA NOBILISS. SENATUS ET GYMNASII.

†
Von Natur wünschet ins gemein jederman lange zu leben.
Wer uns viel vom Tode vorschwäset / düncket uns selber tod /
das ist / ohne Geist / zu seyn
Langes Leben ist und bleibt doch eine sonderbahre Wolthat des Höchsten.
Auch der sterbende Hiskias wird wieder lebendig /
wenn Ihme von Erlängerung seines Lebens-Zieles Nachricht gegeben wird.
Allein!

Jeziger Zeit wil der Todt fast angenehmer fallen / als das Leben.
Wie Zeiten sind allzu schlimm!
Wir haben leider! unsre jährige Niederlage noch nicht verwunden.
Es reucht noch immer nach Brandt / Pulver und Todten - Gräbern.
Von vielem Grämen ist die Seele / von übler Vergnügung der Leib /
zum Leben ziemlich untüchtig gemacht worden.
GOTT weiß / was uns noch ferner vor Unheyl betreffen möchte.
Beydes im Himmel und auf Erden lassen sich böse Aspekte blicken.
Mars ändert zuweilen wol das Quartier / aber nicht den Feld - Zug.
Die Hoffnung besserer Zeiten wil bey nahe / wie das Chymische Gold / vertauschen.
Was soll ich viel sagen?

Wir haben wenig mehr / als das Leben / übrig.
Und diß ist mehr in frembder / als eigener / Gewalt.
Krieg / Krankheit und Ruiner stellen auf allen Gränzen Vor-Posten wieder uns aus.
Bey sothaner Bewandniß
wolle niemand von (It.) Hn. LEONHARD HAUSEN'S frühem Tode
allzufrühe urtheilen.

Lange leben / heißt jeho nur lange leiden / oder langsam sterben.
Nein! wer jeziger Zeit frühe abdrücken kan / mag solches eher / als das Leben /
vor eine Wolthat annehmen.

Der Todt gehöret auch unter die Wolthaten GOTTES.
Man sehe des Scel. Herrns Endschluß / und der werthen Fr. Wittib Gelassenheit an.
Jener / weil Er merckte / daß der Todt besser / als theils Menschen / mit uns umgehe /
(denn jener verwahret / diese plagen / uns /)
wolte Er zuletzt lieber in / als über / der Erden beybehalten werden.
Diese trauret / so viel billich ist; und tröstet sich / so viel möglich ist.
Ihr thut wehe / die noch wehrenden Zufälle allein auf weiblichen Schultern zu tragen /
doch wil Sie Ihres Herrns glücklichen Zustand Ihrem Trauer-Stande
allemal weit vorgezogen wissen.

In Erwegung / daß man mehr fragen solle / wie gut / als wie lange / ein Mensch gelebt
vermeinet Sie / Er habe lange genug gelebet / weil Er wol gelebet. (habe /
Irre ich nicht / so borget Sie auch einen empfindlichen Trost davon.
Wer nehmlich allhier gut gelebet / nimmet einen guten Nachruhm mit sich ins Grab.
Noch mehr :

Weil die ganze Stadt zeuget / Er habe dem Schöppen-Stuhl allhier wol angestanden /
und sey niemanden / auffer dem Ungerechten / in seiner Sache beschweertlich gefallen /
wil Sie aus Christl. Liebe hoffen /

Er werde dermaleins vor Christi Schöppen-Stuhl gleichfalls einen leichten *Sentenz*
zu gewarten haben.

Nun wol gut! Es geschehe also! Wol benden!
Wer Ihnen wol zugethan ist / der wolle endlich
dem Seeligen zu überstandenen / der Frau Wittib zu noch tragendem / Unglück
dort viel Glück / hier viel Geduld / wünschen.

M. George Wende. R.

Non

Non est, crede mihi, cognomen inane Scabini,
Judex hoc ipso nomine reclusus adest. (a)
Namque Scabinorum fuit olim summa potestas,
Qui Themidi præerant, juraque justa dabant.
Hi virtute sua, vel Nobilitate valebant, (b)
Iussi deformes hinc procul esse Viri.
Fas fuerat, Cives hos justos esse piosque, (c)
Et gnaros patrii Juris, & Officii. (d)
Justitiæ sese culturos Sacra severæ
Jurabant; vitiis furca, vel ensis erant. (e)
Partes collisas fuerant audire parati, (f)
Et Viduis miseris restituenda dabant. (g)
Irati nunquam dicebant jura, proculque
Ira, odium, fastus præcipitatus, erant. (h)
Non dilatabant causas, celerique juvabant
Externos homines indigenasve mora. (i)
Non declinabant à Justo munera propter,
Nec venalis erat Justitia atque fides. (k)
Hæc Scabinorum laudantur munia quondam,
Quæ steterat Candor Justitiæque vigor.
His ornatus eras etiam, Benedicte Scabine,
(Quem modo fatales surripuere manus.)
Olim cum nostri calcabas limina Ludi,
In studiis fueras serius atque pius.
Hinc Albertinus trivisti pectore docto
Musas, inde redux commoda multa dabas
Afflicta Patria: bene Justitiæque colebas.
Et coleres melius, si Tibi vita foret.
Conceptam de Te spem nunc amissimus omnes,
Cum Manes justos haud revocare licet.
Non Te cœlestis spoliamus lumine vitæ,
Sed Tibi gratamur de bonitate DEI;
Quod sis ereptus falsi discrimine mundi,
Angelicisque choris associatus, oves.
Ipse DEUS Viduam, Natam, mœstasque Sorores
Et quos Defuncti sanguis amorque notat,
Soletur divi sancto solamine Verbi,
Rebus & in lætis auxiliatur Eis!

(a) M. Freher. Not. ad Tract. de Occult. Westph. Judic. : Vox vetus Francica, Judicem Arbitrumque denotans. Glossæ Scepno Judex. Penes arbitros Scepinæ Waltendi. Inde nostri Scheffen / Gerichts-Scheffen / & Schöppen-Stühle in Misnia, Gallorum Eschevin, Eschevinago. (b) LL Longob. L. 2. Tit. 52. (c) Vid. Capitulare Caroli M. (in quo singula hæc officia Scabinorum & plura comprehenduntur) Lib. 3. cap. 58. (d) L. 1. c. 62. (e) L. 4. c. 75. 76. (f) L. 5. c. 246. (g) L. 4. c. 16. (h) Lib. 7. c. 176. (i) L. 1. c. 62. (k) l. c. Conf. Frid. Brummeri Exercit. Historico-Philol. de Scabinis.

Honori & memoria pie defuncti Domini Scabini dedit

M. MARTINUS Böhlm.

Ein

Eman Thesaurus in Idea Ingen. Diction. p. 44. *Ingenium quondam facetius ab Astro-
nomo in astris cognoscendis parum versato rogatum, ut dictum quoddam morale horo-
logio cuidam suo apponeret, postquam animadvertit lineas horarias parum Astrono-
mice distinctas esse adscribi fecit: NESCITIS DIEM NEQUE HORAM,*
tanquam illud esset mortis horologium, cuius nox saepe citius obrepit, quam vespera
adveniat.

TE sanum finxi, nec te ægrotasse putabam,
Fama tamen mortis garrula testis erat.
Accedens limen, Musarum class. relicta,
Audio te infelix obriguisse domi.
Subsisto, multis referentes increpo verbis,
Falsa mihi visa est dicere fama levis.
Pluribus affirmant verbis se dicere vera,
Quid facerem, cessi, sic habuique fidem.
Ergone succubuit LINDERS sic HAUSIUS iste
Morti? non credo, credere nec placuit.
Hæreo quid faciam? me proutus credere posse
Pernego, verba horum nil nisi somnus erant.
Sum victus, quæro, quo clausit tempore vitam,
Dicunt, dum media sidera nocte ruunt.
Tam cito de tenebris vitæ discessit & umbris,
Sideream ad lucem, tecta superba DEI.
Finxit per multos annos se vivere posse,
Ecce tamen longe spem tulit aura volans.
Forsan & hoc animo volvit, me sella curulis
Spectat, sollicito fungar honore brevi.
Scabini Sedem inquam falcesque capeffam
More Patris, patriæ qui Pater hujus erat.
Verum ubi spes tanta est? periit velut umbra cadente
Sole, subit quando vespere fessus aquas.
Discite mortales tumidi deponere cristas,
Nescitis quidnam vespera sera vehet.
Præsidis ito comes, requiescite pulvere terræ,
Evocet e terris vos tuba sancta DEI.

F.
JOHANNES REZIK, P.P. & Visit.

Quod proximum fini sit id, quod sit citò,
Mors ista præmatura LINDERSHAUSII
Cum plurimis rebus citò lurgentibus
Citoque collabentibus clarè docet.
Adhuc recordor, quam citò, cum corporis,
Tum mentis Hic maturitatem sumserit.
Juvenis erat, sed insciis visus Vir est.
Sic Literarum curriculum celerrimè
Ementus & redux ab exteris benè
In Curia sudare cepit patria:
Probatus Urbis Patribus donatus est
Amplissimis Scabini Honoribus: quibus
Se præstitit dignum ferendo partibus
Decreta litigantibus prudentia.
Majora posthac præstitisset commoda,
Præceptus à Fato nisi esset nesciò
Electi. Sed idcirco citò maturuit,
Ut rebus humanis relictis oculis
In splendidam cœli migraret Curiam.
Beatus ille, cui citò mutatio
Contingit ex fletu ad perenne gaudium.

L. scr.

M. MARTINUS BERTLEFFIUS, P.P. & Visit.